

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad part. 3. Quæst. 1. Additio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

is, ex quod pronunciat Joannem fuisse spoliatum, non debuisset allegari, cum si  
disparcat, quod Iudex de partibus ex predictis notoriè injustè processerit, &  
quod propter ea spoliaverit. *Felini*, in cap. dilectus al. primò, col. 1, *deref. script.* & in  
ap. *civ. causa*, col. 2, & sequent. de offi. deleg. Rota decif. 265, num. II, par. 1, in recent.  
*M. Gregor.* decif. 49, num. 2, & decif. 105, numer. x, & decif. 198, numer. 1, & decif. 209,  
numero 2.

Exira conclusum utraque parte informante.

### Ad part. 3. Quest. 1. Additio.

**E**xemptiones an possint revocari? Privilegia in vim contractus concessa esse  
irrevocabilia, ultra hic allegatos per D. Auctorem tradunt. *Bart.* in *L.* quid se-  
mel, ff. decret ab Ordine faciend. Roman. consil. 436, num. 14, in fine *Alix.* con-  
sil. ult. nn. 18, lib. 4, *Socin.* conf. 37, n. 2, lib. 3, *Gabriell.* concil. 7, *de jure quisito non toll.* nn.  
5, *Oldrad.* conf. 266, num. 7, latè *Gonzalez ad regul.* 8, *gloss* 9, §. 2, num. 18, & seqq.  
*Cabillo de tertius reg.* cap. 36, num. 40, & seqq. *Rota coram Seraphino* decif. 1271, num.  
2, & decif. 1293, num. 2, & coram *Bichio* decif. 210, num. 21, & 22. Atque idèo pri-  
vilegia Auditoribus Rota concessa in remunerationem laborum non posse revocati  
cenluit *Roman.* ubi supra, & post eum *Rebniff.* ad concord. in prefat. *ad rubric.* de Colla-  
tion. & *Fagnan.* in cap. ex Epistola, num 18, & 19, de probat.

Ad hoc tamen ut privilegium dicatur competere ex causa onerosa ita, ut verè  
irrevocabile sit, requiriatur ut causa, propter quam concessum fuit, æquivaleat  
sæti commensuratur privilegio, alias quoad excessum erit mera gratia, poterique  
revocari, quamvis in dubio revocatum non censeatur. *Alexand.* conf. 7, in 1, col. lib.  
7, *Teraquel.* in *L.* si unquam verb. donatione largitus numer. 315. C. de rovoc. donat  
Rota coram *Seraphino* decif. 518, pertot. & in recent. decif. 88, num. 4, part. 1.

\*\*\*  
★

Zz 2

DEC!